BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

israel· et percusserunt ahyon· et dayn· et
abel· domum maacha· et universam
cenereth· omnem scilicet terram nep
talim· Quod cum audisset baasa· in
termisit edificare rama· et reversus est
in thersa· Rex autem asa misit nunti
um in omnem iuda dicens· Nemo sit ex
cusatus· et tulerunt lapides rama
et ligna eius· quibus edificaverat baa
sa· et extruxit ex eis rex asa· gabaa
beniamin· et masphat· Reliqua autem
omnium sermonum asa· et universe
fortitudinis eius· et cuncta que fecit·
et civitates quas extruxit· nonne hec scrip
ta sunt in libro sermonum dierum regum
iuda· Verumtamen in tempore senectutis sue
doluit pedes· et dormivit cum patribus
suis· et sepultus est cum eis in civita
te david patris sui· Regnavitque io
saphat filius eius pro eo· Nadab
vero filius ieroboam regnavit super
israel anno secundo asa regis iuda· Reg
navitque super israel duobus annis· et fe
cit quod malum est in conspectu domini·
Et ambulavit in viis patris sui
et in peccatis eius quibus peccare fe
cerat israel· Insidiatus est autem ei
baasa filius ahya de domo ysa
char· et percussit eum in gebethon·
que est urbs philistinorum· Siquidem
nadab et omnis israel obsidebant
gebethon· Interfecit ergo illum baasa
in anno tertio asa regis iuda· et
regnavit pro eo· Cumque regnasset
percussit omnem domum ieroboam·
et non dimisit ne unam quidem animam
de semine eius· donec deleret eam
iuxta verbum domini quod locutus fuerat
in manu servi sui ahie silonitis· propter
peccata ieroboam que peccaverat
et· et quibus peccare fecerat israel· et propter
delictum quo irritaverat dominum deum
israel· Reliqua autem sermonum nadab·
et omnia que operatus est· nonne hec
scripta sunt in libro verborum dierum
regum israel· Fuitque bellum inter asa
et baasa regem israel· cunctis diebus
eorum· Anno tertio asa regis iuda reg
navit baasa filius ahia super om
nem israel in thersa· xxiiii^or annis·
et fecit malum coram domino· am
bulavitque in via ieroboam et in pec
catis eius· quibus peccare fecit israel·
Factus est autem sermo ·XVI·
domini ad hieu filium anani contra
baasa dicens· Pro eo quod exalta
vi te de pulvere· et posui ducem super
populum meum israel· tu autem ambulasti
in via ieroboam· et peccare fecisti
populum meum israel· ut me irritares
in peccatis eorum· Ecce ego demetam
posteriora baasa· et posteriora domus
eius· et faciam domum tuam sicut
domum ieroboam filii nabath·
Qui mortuus fuerit de baasa in ci
vitate comedent eum canes· et qui
mortuus fuerit ex eo in regione co
medent eum volucres celi· Reli
qua autem sermonum baasa· et quecumque
fecit· et prelia eius· nonne hec scripta
sunt in libro verborum dierum regum israel·
Dormivitque baasa cum patribus
suis· sepultusque est in thersa· et reg
navit hela filius eius pro eo· Cum
autem in manu hieu filii anani pro
phete verbum domini factum esset contra
baasa· et contra domum eius· et contra
omne malum quod fecerat coram domino
ad irritandum eum in operibus ma
nuum suarum· ut fieret sicut domus
ieroboam· ob hanc causam occidit
eum· hoc est hieu filium anani pro
phetam· Anno vicesimo vi^o asa re
gis iuda· regnavit hela filius ba
asa super israel in thersa duobus annis·
Et rebellavit contra eum servus suus
zamri· dux medie partis equitum·
Erat autem hela in thersa bibens et
temulentus in domo thersa arsa
prefecti· Irruens ergo zamri percussit et
occidit eum· anno vicesimo septimo
asa regis iuda· et regnavit pro eo·